1901.

ad solvendum succubito, ac pro reali qua principali ex praemissis non completa complenda, citata existens memorata Recognoscens Nobilis Nastasia Kulczycka vel eius successores, ad instantiam suprascripti Nobilis Gregorii Kropiwnicki Byczak obligatarii sui, vel eius Posterum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense extunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Juri parere, respondere, Vadium praefatum luere Inscriptori praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, extra infirmitate, pro maiori minorennitate, successionem, legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta, ad Exercitum, vel aliis quibusquis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praetera ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos Dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, adeo ad prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis, Quaestionibus suspensionibus, fatalis Juris, praescriptione Terrestri, Sello Conventioneque, ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo aliquovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Blazowscy fratri suo cedunt

1769

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosi

1902

Georgius et Michael Blazowscy Leskowiczanie olim Generosi Hrehorii Blazowski cum olim Nobili Regina Sulatycka Consorte eius legitima procreati, filii Fratres inter se germani. Sani mentibus et corporibus existentes, a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se eorum successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliterque plenarie incorporando atque subiiciendo, palam libere publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse se recognoscit. Quia ipsi de omni et integro Iure suo infrascripto, nominanter de Summa Quinquaginta Trium Florenorum et Grossorum Decem Polonicalium ex Summa Originali Octuaginta Florenorum Polonicalium se sedecimam parte, suprascripta olim Nobili Regina Sulatycka Parente sua Recognoscentium, per olim Nobilem Theodorum Blazowski Socha coram Actis Officii praesentis inscripta, et ad solvendum super Bonis ipsius propriis, videlicet Laborioso Michaylo Leszkow in una quarta parte agri in Villa Blazowska Terra et Districtu praesenti Premysliensi iacente et consistente residenti de Anno ad Annum modo obligatorio ad solvendum assecurata, se vero Recognoscentes pro sorte et interesse sui erga infrascriptum Fratrem sui Recognoscentium germanum et Cessionarium suum Iure Divino et naturali Successione post fata memoratae Parentis sui concernente, tum et de eadem ipsa Inscriptione obligatoria atque Bonis memoratis in eadem Inscriptione obligatoria contentis, cum parata Bonorum eorundem Iurisque praedententis cessi Intromissione Tuitione, Evictione pacificeque Possessione hucusque, per se Recognoscentes continuata

ceſsione cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate, competentiaque et praerogativa quavis, omnibusque et singulis Inscriptionis praedictae obligatoriae, Iurisque praesentibus cessi, conditionibus punctis clausulis articulis vadiis ligamentis ac nexibus in universum omnibus, Summae quoque suprascriptae et Bonorum summa eadem onerato(rum), utilitatibus, fructibus proventibus reditibus, commodis emolumentis obventionibus attinentiisque et pertinentiis generaliter universis, nihil ex praemissis Iuris Dominii proprietatis accessus(?) competentiae et praerogativae, pro se Recognoscente suisque Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo, veri prout praemissa omnia et singula praesentibus recognitaque ipsimet Recognoscentes tenuerunt habuerunt et possidebant, ipsosque concernebant, ac eisdem legitime serviebant. Iam ex nunc et de facto, Generoso Hieremiae Blazowski Fratri suo Recognoscentium germano, eiusque Posteris (accepta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione) cesserunt et condescenderunt, prout cedunt et condescendunt praesentibus, omneque et integrum Ius suum totum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Generosi Hieremiae Blazowski Fratris et Cessionarii sui eiusque Successorum totaliter et plenarie transtulerunt, transfuderunt et incorporaverunt, prout transferunt, transfundunt, et incorporant praesentibus. In quod quidem Ius praesens cessum, Summam, ac Bona summa eadem onerata, praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentes transfusa iidem Recognoscentes Generosi Georgius et Michael Blazowscy Leszczawiczowie(?) fratres inter se germani praefato Generoso Hieremiae Blazowski Fratri et Cessionario suo eiusque Posteris iam ex nunc et

de facto coram Officio praesenti dant et admittunt realem In-
tromissionem et actualem pacificamque Possessionem per Mini-
sterialem quemcunque competentem et Nobiles duos die
quacunque voluerit Officiose acceptandam, per ipsum sui
Recognoscentium fratrem germanum et Cessionarium suum
et ipsius Posteros, hoc eidem Jus praesens cessum, Summas ac
Bona, Summa eadem onerata, praemissaque omnia per prae-
sentes transfusa cum Universis eorum Utilitatibus et Usu-
fructibus competentiisque et praerogativa quavis tenendi ha-
bendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi ac
ad suos, Suorumque Successorum quosvis beneplacitos
usus facto libere et effectualiter convertendi praefati Ju-
ris Originalis ea omnia latius in se complectentis prae-
sentisque cessi et transfusi vigore. Debentque et tene-
buntur memorati Recognoscentes Generosi Georgius
et Michael Blazowscy Leszkowiczowie fratres inter se
germani, prout se ac suos Successores in et super Bonis
suis generaliter omnibus ac Summis quibusvis pecunia-
riis habitis et habendis, praefato Generoso Hieronimo
Blazowski fratri et Cessionario suo, inscribunt et obli-
gant praesentibus, ipsum, et eius Successores in dicto Ju-
re cesso, Summa ac Bonis, Summa eadem oneratis, prae-
missisque omnibus per praesente transfusis et ratione
eorundem omnium praesentibus a cessorum ab omni et qua-
cunque impetitione iuridica quarumcunque personarum cuius-
cunque Conditionis, Status et Sexus quavis existentium
ex re, persona et occasione sui Recognoscentium ac suo-
rum Successorum Jurisque praesen cessi tantummodo, et non
ultra exoriunda, in omni Judicio et officio Regni, semper
toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere, interce-
dere et eliberare indemnemque cum Posteris reddere,
nec non hoc eidem Jus praesens cessum, Summam ac Bona

Summa eadem onerata, præmissaque omnia præsentibus transfusa ab omnibus in genere Juribus et Inscriptioni-bus prioribus et posterioribus super eadem præmissa omnia præsentibus condescensa cuiuis personarum modo quocunque, iisdem ex re, persona et occasione suis Recognoscentium suorumque Successorum, tantummodo et non ultra factis et faciendis, tum etiam à quibusuis Citationibus super eadem præmissa omnia per præsentes cessa importatis et importandis, Lucris denique et Perluctis, Processibusque Juris quibusuis in quocunque puncto et gradu Juris dependentibus et in quouis Judicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac super præmissis omnibus præsentibus transfusis, iisdem ex re, persona, et occasione sui Recognoscentium suorumque Successorum, tantummodo et non ultra perluctis et perducendis emundare et liberare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem præfatam coram Officio præsenti admissam in fundo Bonorum præfatorum Summa eadem præsentibus abscessa oneratorum, per Ministerialem et Nobiles duos officiose requirentur non denegare, imo debebunt et tenebuntur eandem libere dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem, Possessionem et usumfructum præmissorum omnium præsentibus transfusorum quouis modo tam per se, quam per suas quasuis submissas et subordinatas personas non præpedire nec adimere, ipsumque Fratrem suum Recognoscentium germanum et Cessionarium suum, et ipsius Successores in præmissis omnibus per præsentes condescensis nullo modo iniuriari, ita ut iisdem Frater et Cessionarius suus, cum suis Posteris hoc idem Jus præsens Cessum, Summarum ac Bona, Summa eadem onerata, præmissaque omnia præsentibus cessa cum Vniuersis

1906

eorum Utilitatibus et usufructibus competentiaque et prorogatiua quauis quiete et pacifice praesentis Inscriptionis obligationis vigore tenere, habere, et possidere queat, illisque utifrui possit. Idque sub vadio similis Summae Quinquaginta Trium Florenorum et Grossorum Decem Polonicalis per eosdem Recognoscentes sive eorum Posteros praenominato Fratri et Cessionario suo, et illius Posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad soluendum succubito, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda, Citati existentes memorati Recognoscentes Generosi Georgius et Michael Bluzowscy Lesniowiczowie Fratres inter se germani, sive eorum Successores ad instantiam praefati Generosi Hieronimi Blazowski Fratris sui Recognoscentium germani et cessionarii sui, vel eius Posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, ex tunc re casu supra scripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, vadium praefatum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, prodromaiori minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta ad Evictorem, vel aliis quibusuis Dillationibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premisl-

sliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus, vel triplicatis Evasionibus suspensionibus, fatalis Juris praescriptione Terrestri, bello, Conventioneque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Blazowski alteri adscribit

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Stephanus Blazowski Socha olim Nobilis Fedorii Blazowski Socha cum sua Nobili Marina Chorcislawska Consorte eius legitima procreatus Filius, Sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis sibi propriis et competentibus recedendo, praesenti requo Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam, libere, publice ac per expressum recognovit, Quia ipse ad Summam Originalem Octuaginta Florenorum Polonicalium per se praescriptam olim Parentem suum, olim Nobili Regina Sulatycha olim Nobilis Stephani Blazowski Leskowicz Consorti Legitimae Actis Officii praesentis inscriptam et super Bonis suis propriis videlicet Laborioso Michayło Leskow in una quarta parte agri residente in Villa Blazowska Wola Terra et Districtu praesenti Premisliensi iacens et consistens modo obligatorio de Anno ad Annum in Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quarto aspectat nunc demum summam Quinquaginta Florenorum Polonicalium

169